ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. DIONYSIUS AREOPAGITA. PS. ORIGENES. PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. PS. ANASTASIUS SINAITA. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. ROBERTUS REMENSIS. THEOBALDUS DE SEXANNIA. HENRICUS DE LANGENSTEIN. IOHANNES MAGISTER. BONAVENTURA. IOHANNES DE FONTE. PETRUS LOMBARDUS. U.A.

6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 20v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36940

Copyright: Gottweig, Benediktinerstift

descendunt. opera cuiuslibet sequuntur illum

Proprium sit hominis cuius
mala semper fuit vita.
mala sit mors siue malum sum
bonum isto feceramus tempore. Illud id
post finem mortis inueniemus. Non
expectetis quia tempus illud accepta
bile est. Dum lucem habetis non am
buletis in tenebris. qui ambulat
in tenebris nescit quo vadat.
Lux vera xpus est. qui lucet in
tenebris et illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Vt ergo
filii lucis sitis et tenebre vos
non comprehendant. ad ipsum accedentes
lapidem viuum. ab hominibus quidem
reprobatum. a deo autem electum. Et
ipsi tamquam lapides viui super
edificamini. Et in omnibus exhi
beatis vos sponsos in multa patientia
in tribulationibus in necessitatibus in
angustiis in plagis in carceribus
et in seditionibus in laboribus in
vigiliis in ieiuniis in castitate
in scientia in longanimitate in sua
uite in sancto spiritu in caritate non
ficta in verbo veritatis in veri
tate dei in virtute dei

Non sit inter vos mendacium
Omnis vir mendax ab
hominabilis est deo. Est enim deus
veritas et veritati obstat menda
cium. Omne fugiatis verbum ociosum
De quo habet enim verbo ocioso et
vano reddemus deo rationem. Si
lencium diligite. Vbi est multi
loquium ibi frequenter mendacium. Vbi
mendacium ibi peccatum. Sermo
iudicat qualis est homo. In ore
sacerdotis vel monachi nullum
vnquam sit verbum in quo non sonet

xpi nomen. Semper diuinam
ruminent legem. Etenim qui in le
ge domini meditatur die ac nocte.
Non abiens in consilio impi
orum. neque stans in via peccatorum.
Erit tamquam lignum plantatum
secus decursus aquarum. cuius folia
non decident. sed dabit fructum
in tempore suo. Et omnia quecumque
fecerint semper prosperabuntur. Certe
nichil tantum nocet homini quam ma
la societas. Talis enim efficitur
homo. qualium societate fruitur.
Nunquam cum agno lupus habitat.
Vir castus certe luxuriosi socie
tatem fugiat. Plus quam impossibile
puto virum diuicias in bonis
operibus permanere. qui malorum
assidua societate vtitur. Cum sancto
pastore sanctus vociferat sanctus eris
et cum viro innocente innocens
eris. Et cum electo electus eris
et cum peruerso pericteris. Sicut enim
mala nocet societas. sic bo
na prodest. Huic thesauro nil
equiparari potest. Qui bonam in
uenit societatem. vitam inuenit.
diuiciis affluit. Certe vera
dicam. vel bonus vel malus efficitur
nisi ob societatis causam. Pueri
cor tamquam tabula rasa in
qua nichil depictum est fore
dicitur. Illud ergo quod a societate
recipit usque ad senectam retinet
siue bonum siue malum sit.
Raro cum iuuene iuuenis habitet.
Nam ignis si apponatur igni
calorem non extinguit sed enu
trit. Semper et vbique delectat